

Viri Clarissimi

WILHELMI TEN RHYNE

Daventr. Ampliff. Soc. Indiæ Or. Me-  
dici, & a Consiliis Justitiæ,

*Schediasma*

de

PROMONTO  
RIO BONÆ SPEI,

ejusve tractus incolis

HOTTENTOTTIS.

accurante, brevesque Notas  
addente

HENR. SCRETA, M. D.



BASILEAE,

---

Apud JOH. LUD. BRANDMYLLERUM,

---

Anno 1716.

8 De Promontorio bonæ spei  
sum tantisper perspiciamus *loci*  
indolem & situm.

## CAP. I.

### De situ Promontorii bonæ spei.

**P***romontorium bonæ spei* appel-  
latum, quæ longitudinem  
(quæ hic novem & triginta  
gradibus, ac viginti quinque  
scrupulis absolvitur) a *freto Ga-*  
*ditano*, quæ latitudinem (quam  
triginta quatuor gradibus tri-  
gintaque minutis metiuntur)  
[x] a *Promontorio Hesperio & Guar-*  
*dafu* ultima *Africa* portio est.  
Anno 1498. a *Vasco di Gama* tutela  
*Johannis, Portugallia Regis*, de-  
tecta, Olympipetis excelsa mon-  
tibus, infœcunditate hominibus  
valde infestis. Infelices etenim  
hæ gentes proventibus, & ma-  
lignis illustratæ sideribus; terræ  
sterilitas arenis, merisque ere-  
mis

[x] Lusita-  
nis & no-  
stratibus  
nautis Ca-  
bo verde.

que magna, sed in tenuissimum facile terenda pulverem. In ipsa albicat matrice, quamvis & niger reperiatur; ast cum ingenti adurit aestu canicula, sponte prorumpit facie micante albida, nostratium *commune sal* acrimonia tantisper antecellens, congruumque ciborum condimentum. Num quod, si quis in Africa (ut [ $\gamma$ ] *Aristotelis* tempore jam compertum) prope mare infoderit, aquam principio dulcem, post brevi *salsam* inveniet?

[ $\gamma$ ] Lib. Problem. Sect. 23. probl. 21.

## CAP. II.

### De Brutis.

**M**ontosa hæc solitudo *feris brutis*, quam *hominibus* aptior habitatio est: hic enim nocentissimi armentis *leones, elephantes, rhinocerotes*, [ $\delta$ ] *tigrides* seu potius *panthera, lupi,*  
B *alces,*

[ $\delta$ ] Premit advena dentes tigris, ut bibit humanum populo lugente cruorem. Petron. Satyr.

[ε] Prodigi-  
osa magni-  
tudinis be-  
luæ, a me  
non semel  
conspicæ,  
quas sæpe  
cum vitæ  
periculo  
venatum  
eunt no-  
stratcs: vi-  
deatur

Plin. lib. 8.  
cap. 25 &  
c. 26.

[ζ] Quas  
Marcgra-  
vius descri-  
bit sub no-  
mine Mie-  
nen det-  
ders Hist.  
quadrup.  
lib. suo 6.  
cap. 4.

[η] de hist.  
anim. lib.  
8. cap. 18.

*alces, [ε] hippopotami, agrestes equi-  
bubali, apri, oresitrophi, napes, ar-  
ctopitheci, histrices, echini, putorii,  
lynxes, cervi, daxi, meles, lutra, le-  
pores, & pulcerrimi coloris ona-  
gri, ac si nigro corio albas ordi-  
ne inseruisset strias pellio: ca-  
præ, rupicapra, ibices, cum macu-  
lofi tum cinerei: hirci rupisulto-  
res, feles silvatici, tigriformes at-  
que cani; vulpiumq; quædam  
species, quam Belgæ zachhalse  
dicunt; rariores [ζ] Tamandua-  
Guacu, a Brasiliensibus sola mag-  
nitudine diversæ. Ingentem sa-  
ne beluarum copiam illic ho-  
spitari necesse est; cum millena  
aliquot brevi temporis interca-  
pedine captorum, præsertim  
*hippopotamorum, alcium, ibicum,  
consimiliumq; pondera, a pau-  
cis venatoribus Gubernatori pro-  
ducta sint. Unde patet, quam  
graviter lapsus sit [η] Aristoteles,*  
ubi*

ubi in *Africa* (ubi equi [θ] non de- [θ] Petron.  
est belua dente ad mortes pretiosa in satyr.  
suas) non aprum, non cervum,  
non capram silvestrem inveniri  
trahit.

CAP. III.

De Avibus.

Inter aves frequentes satis, &  
diversi colores, [ι] *struthioca-*  
*meli, pavones, grues, ciconia ni-* [ι] Huc  
*gra, ardea, anseres, onocrotali, ana-* transfera-  
*tes, penelopes, quercedula, glaucia,* tur loctis  
*mergi, urinatrices, [κ] fulica, bosca-* Esai. cap.  
*des, pengvini, perdices, rubicantes* 13. v. 21.  
& cinerei *phasiani, vanelli, ficeda-* [κ] vid.  
*la, gallinagines minores, ulula, cep-* Charles  
*phorum myriades, [λ] apodes, ac* de Roche-  
variæ tincturæ *hirundines, [μ] cō-* fort lib. cit.  
libry- p. m. 133.  
[λ] Non

apodes, licet Plin. lib: 10. c. 39. hoc nomen illis indi-  
derit; & sine pedibus describerit; uti veteres paradisi  
dictas aves apodas putare perperā. [μ] Alibi a me de-  
scribitur vid. idem Rochefort p. m. 141. Quo & referri  
poterit Brasiliensium Guaimumbi, quam Marcgravius,  
bloemenspecht interpretatur, cuius ille novem recen-  
set species, ego ex repertis tantum tres alibi descripsi